# De fuga Balbi ex vrbe pariſia.



¶ Publij fauſti Andrelini foroliuienſis clariſſimi poetae laurea-
ti ad Robertum guaginum diui maturini pariſienſis miniſtrum
maiorem

Epiſtola

ultos fore arbitror Reuerende praeſul :qui cum hu-
ius eglogaevel ſolum titulum legerint: q̄ꝫprimum me
et mordacem et inuidum eſſe garrient :Inciuiliuꝫ enī
ac leuium hominum natura eſt:Mundum perſpectam materiam
indeteriorem potius:q̄ꝫ meliorem in partem accipere:Caeteruꝫ ſi
excurſo ſpatio ad ſupremaꝫ vſqꝫ maetam peruenerint:hi ꝓfecto
certiores erunt: me ab omni tum dicacitate tuꝫ liuore prorſus ali
enuꝫ eſſe:Illi mea quid̕ ſentēcia dānandi ſunt:qui genuino dente
vnūquēqꝫ lacerare ſtudeant quandoquidem Ex theonyna mor-
dacitate nullaꝫ certe gloriam aſſequi poſſint:Quiſquis praeclarū
atqꝫ īmortale nomē affectat: Ea ſemꝑ agēda putꝫ:obquae nō mō
inſtātibꝰ Sꝫ etiā futuris ſaeculis approbetur Quo circa dyoniſiū
tyrānum admonuit diuinꝰ ille plato vt inſeqn̄tis tp̄is curā ſꝑ hn̄
dam duceret: Quātis et publicis et priuatis cōtumelijs iam diu a
maledico illo balbo indigne oneratus fuerim:Equideꝫ nullus lip
pus:nullus tonſor :nullus deniqꝫ cerdo eſt :qui ſatis ſuperqꝫ com
pertum non habeat Tamen nulla vnq̄ꝫ moleſtia affectus ſum in
conſtantis enim ac ſtolidi hominiſ oblocutiones nihil omnino fa
ciendae ſunt :Quā leuis q̄ꝫ:ineptꝰ :q̄ꝫ delirus:q̄ꝫ inſanus balbus
ſit vel ex duabus tantum rebus facile percipi poteſt :Cum primū
in hoc tam florentiſſimum tamqꝫ ampliſſimuꝫ gymnaſium con-
ceſſit:non nulla epigrāmata partim ab octauio cleophilo compo
ſita: Partiꝫ ex titi ſtrocij elegijs ex cerpta nomine ſuo edidit:quo
inter gallos huniſcerei ignaros ſubitam quandam laudeꝫ acqui
reret. Si qua vero induſtria ſua quaeadmoduꝫ pauca ſunt elucu
brauit ea omnia vel diſſona ſententia vel falſis ſyllabis vel men-
doſa grammatica pueriliter claudicare nemo ē certe quo neſciat
Cornix iſta furtiuis tandem coloribus denudata non modicos q̇
dem riſus exhibet. Si chriſtiano et veridicoverbo adhoeſiſſet: In
tellexiſſet ꝓfecto nihil tam occultum eſſe quod aliqn̄ ſole ipſo cla
rius non eluceſcat:qui ſemel temerario auſu alienos ſibi labores
aſcripſerit:Tam et ſi egregiū deinceps opus excudit Id nūq̄ꝫ ex
officina ſua emiſiſſe cenſetur. Quin imoveros artifices plerumqꝫ
ſuſpectos reddit praeſertim apud eos qui cū obtuſi ignaui et bar
bari ſint quemuis alium ex ingenio ſuo Iudicare ſolent Deinde
ex balba nobili quidem ac illuſtri familia balbum ſibiipſi cogno
mentum vſurpauit:Cum eū ex domo accellina et obſcuris abiec

tiſq; parentibus ortum eſſe conſtet. In ertis hercle et inſipien..ts
animi eſt:parentũ quãtumuis ignobilium pudere. Interim publi
cuz profitẽdae poeticae ac oratoriae artis munus ſuſcepiz iuuenī-
les amores meos a romana cẽſura approbatos atq; publica lau
rea honeſtatos emiſi: Qui tãtaz inuidiã.tm̃ odiũ:tãtaz bilem ĩpro
bo illi ↄcitarũt vt poſtq; vna nõ ſucceſſerat alia ſtatim via ad deni
grãdaz famã meã aggreſſus ſit: hic eĩ me ⁊ a chriſtiana fide deuiã
tez ⁊ hac ĩ vrbe toto ſpectante populo exuſtũ fuiſſe ſimulauit:atq;
adulterinis litteris falſum mẽtitum q; crimen per vniuerſam fere
Italiã publicauit Quae ſerpẽtina lingua? quod in audituni men
datium? que punica perfidia huic taz aperto mendatio cõferri po
teſt? Nihil tam flagitioſuz eſt:quod alienae laudis detractori pro
bum eſſe non videatur. Ad ſolãdos parẽtes meos fidiſſimum ſer
uum nõ ſine maxĩa impenſa mittere ſuz coactus: Illi enim tã hor
rendo nuntio conſternati ad perſcrutandam veritatem citatuz huc
uſq; tabellarium praemiſerant. Incredibili ſiquidem tum admi
ratione tum dolore non iniuria opprimebantur me ſcilicet eam
in hereſim in preſentiarum delapſum fuiſſe :quã ſemper eieciſſez
eiectam fugaſſem:fugatam exterminaſſem: Sed nullum demum
ſcelus eſt:quod iuſtus deus vel repentino vel lento ſupplicio non
proſequatur: Ecce nequiſſimus ipſe balbus ĩ heretica neſcio qua
dam ſecta et execrãdo illo vicio deprehenſus eſt:ob qđ paleſtinae
ciuitates in ſulphureos attritoſq; cineres conuerſae ſunt. Ni.
velociſſimaz fugam in britaniam maiorem praecipitaſſet:publico
incendio meritas tandem penas perſoluiſſet: Tam turpẽ tam fae
dam:tam infamem fugam buccolico carmine praeludendam cen-
ſui:vt non tam balbicum ſcelus:q; fauſtinum candorem falſa qui
dem infamia notatum ⁊ praeſentibus et poſteris patefaciam. Is
omnino vel excors vel Immanis ẽ q̇ aliqua ex parte famã ſuã ne
gligere videat. Naſutos iſtos rynocerotas facile contẽpſerim Re
uerende praeſul ſi hãc meã lucubraciunculã abs te approbatam
iri ſenſero: quẽquidem tanti facio q̃ti platonem amphimachus
Cui vnus ille inſtar atheniẽſium omniũ fuit facere conſueuerat.

Vale.

¶ Publii Fauſti andrelini foroliuienſis clariſſimi poetae laureati ad litteratiſſimum robertū guaginum diui maturini pariſienſis miniſtrum benemerentem

¶ Carmen:

ſ Ivacat o praeſul cunctarū maxime rerum
Haec lege buccolicis carmina luſa modis
Pinguia non modulor tundentes paſcua tauros
Nec petit accliues ſima capella vias
Turpia ſed refero ſcelerati crimina balbi
Dum fugit arſuras membra prophana faces.
Non hoc liuor edax: nō hoc diſcordia tetra
At bona legittimum cauſa laceſſit opus.
Scilicet vt notum toto ſit crimen in orbe
Et quae de noſtro funere falſa vomit
Sit licet iſte meo decoratus carmine vappa
Pro fuerit variis notus vterqꝫ modis.
Vt ſua denigrat vitioſus tempora balbus
Sic niueo Illuſtris pectore fauſtus adeſt.

¶ Publii. Fauſti. Andrelini foroliuienſis clariſſimi poetae laureati Ad litteratiſſimum robertū guaginum diui maturini pariſienſis miniſtrum bene merentem

De fuga balbi ex vrbe pariſia.

Argumentum

Quid fugis o gallas paedico balbe fauillas?

Gallica quod nequeat flamma britanna dabit

Lycidas et mopſus inter locutores

Ex fugat exoriēs gelidas aurora tenebras Ly

Tu tñ irrigua meditans ſpaciaris in herba

Mopſe pruinoſo nec lubrica terra liquore

Sparſa nec impediunt canenti gramina rore

¶ Nunc tua ꝙ fuerint veri praeſaga futuri Mo.

Verba reuoluebam lycida: ꝙ praeſcius augur

Phoebeo quodcunqꝫ canas veracius ore.

Endetecta patet noſtratum iniuria rerum

Fatidico praedicta tibi mendatia tandem

Caeca reluceſcunt: Iuſti manifeſta dedere

Signa dei: cunctos ſoliti punire nocentes

Imaqꝫ ſcrutantes taciti penetralia cordis

Quis purum indigna candorem labe notauit Ly

Mopſe tuū:volitās quae murmure fama ſiniſtro
Heu tepariſiis combuſtum dixit in agris:
Et ſanctam ſpreuiſſe fidem:chriſtumqꝫ potentem:
Balbica forte tuā leuitas ꝑuenit ad aurem Mo
Lanigeras dum paſcis oues :haedoſqꝫ petulcos
Nulla et ēm ſilua eſt:nullum nemus:auia nulla
Nullaleuem quae non exclament marmora balbū
Poſtq̄ furtiui caelatos carminis vſus
Prodidit haec cornix alieno picta colore
Et falſa aſſumpſit balbae cognomina gentis
Quem vendens minimo viliſſima ſcruta triente
Accelina domus ſtabulo generauit olenti.
Turpior hic viuens:et crimine foedior omni
Pariſios infecit agros ceu peſſima meſſes
Herba reſurgentes:ipſo mirabile dictu
Heu ſcelus admiſit noctem cum luſa per altam
Alea ceſſarat:varium ſpoliabat ouile
Et tacito praedam furto comedebat adeptam.
Altus inexpleto gurges dabat omnia ventri
Luxurioſa ſuo:plebeae vilia menſae
Pocula ſpernebat:ſpumanti prodiga baccho

Cynnama commiſcens: ſummaqȝ voragie potãs
Ebria nec certo ponens veſtigia greſſu
Sola reſumebat pingui ſaginata popina

Immemor ah nimium: priſciqȝ oblite veterni
Balbe tui: quōdā pedibus cum rura petiſti
Gallica nudatis: laceroqȝ obductus amictu
Euganeam fugiens troiani anthenoris vrbem
Extructis ne iuſta rogis incendia ferres.

Vt fuerat ſatiata fames: et plena tumebant
Corpora: proh ſuperi: molles fodiebat ephebos
Vulnere poſtico: tenti ſimul ingnina drauci
Podice laxato fellantiqȝ ore ſubibat
Prodigioſa iacens veneris poſt furta nefandae
Iam nitidae mediam lucis ſtertebat ad horam
Cruda vomens multo cōmixtaqȝ fruſta lyoeo

Maius et ille nefas multoqȝ vrgentiꝰ addit.
Scilicet in ſacro nullū libamine chriſtum
Et caſu voluente refert nulloqȝ moueri
Aeternos rectore polos: ipſaſqȝ ſuprema
Caſuras poſt fata animas: quin ore profano
Heu nimis ignaro caepit ſuadere popello

Ducendam quouis genialem tempore vitam
Hic ſanctas veneres: deuotaqȝ ſabbata ridens
Polluit. et ſumpta ieiunia myſtica carne
Et nullum intrabat faſſurus crimina templum
Innumeris admiſſa modis / veriqȝ iacebat
Relligio neglecta dei: cultuſqȝ ſuperni
Sic leuitas innata ruit: ſic pectore caeco
Mens inſana furit: ſtultiqȝ inſcitia cordis
Indãnum laqueata ſuum: caſuſqȝ futuros
Interea accenſo miſſus cenſore ſatelles
Hoc monſtrum prehenſurus erat: populoqȝ vidente
Igniti ꝑlenis olei cocturus ahenis.
Sed volat adm onitus celeri properantior euro
Fertilis occeanus qua rura britannica ditat
O foedam turpemqȝ fugam nã nocte ſilenti
Ah caecum infelix ſeruili in ductus amictu
Praecipitauit iter: nummos cum veſte latentes
Interiore iacit: ſtricto quaſi noxia ferro
Viſcera tranſ fodiens: quid agat mens conſcia facti
Non videt vlla mali: tanta eſt caligo malorum
Mend icum adiuuit decocta pecunia balbum

Inſontis tamen ante mei mentita profeſſus
Crimina curuato veniam tulit ore petitam
Vt ſemper diuina pii veſtigia chriſti
Sanctaqꝫ facta ſequar: debet quaecunqꝫ remitti
Vltori vindicta deo: quos galla nequiuit
Flamma britanna dabit: maiori foenore dicunt
Offenſi dilata dei tormenta venire
Cur non iſta ſolo ſentina voratur hyante? Ly
Cur pluuius non ignis adeſt? qui tanta cremaret
Infandi portenta mali? ceu gomora quondam
Et ſodoma exarſit caeleſtibus obruta flammis
Qꝗ̄ peruerſa eſt balbi natura profani Mo.
Quae melius reticenda fuit: ꝗ̄ pauca referre
Sordentis delicta viri: breuitate probantur
Crimina: quae volitant cunctos diſperſa ꝑ agros
Nauſeet iſta licet ſcabies. tamen vlcus apertum
Et ſanies monſtrata iuuat quocunqꝫ diſertos
Et mala conficiunt cautos aliena notantes.
Si videat certo coniunctas foedere mentes
Concordeſqꝫ animos? diſcordia ſeminat arma
Vnaminiannexos aſtro fractura gemellos

Candidus en paſtor qui gallica perſonat arua
Carmine concinno primis dilexit ab annis
Diuinum ambroſio ſortitum nectare nomen
Et parilis creſcebat amor: cum perfidus iſte
Fraudibus occultis vinctos diſſoluit amantes
Heu ꝙ lingua nocet diro ſuffuſa veneno
Et ſtygiis imbuta malis: non oſſea lingua eſt
Omnia cum tritis ſed diſſipat oſſa medullis
Aſt adamantaeo religata eſt gratia nodo
Et ſolida duplicata fide cum proditus auctor
Et committentis nota eſt fallatia lingue
Hic gnauos quoſcunqꝫ odit rabidoqꝫ probatos
Dente viros lacerat: morſuqꝫ cruentat acerbo
Teſtis adeſt corydon teneros qui corrigit annos
Arte palemonia: teſtis melibeus et idas
Pectine vocali ſtupe facta arbuſta trahentes.
Quos mō praeſentes fictis laudauit amicos
Vocibus et dulci palpo cum melle perunxit
Ipſe venenati cauda ſerpentis acuta
Pungit: et abſentes aloe denigrat amaro
Illius olyci da factis caritura relatis

Verba fluunt veluti rimo ſalympha lagena
Deperitura fluit: ſemper torquetur opima
Vicini tellure ſui redituqꝫ beato
Semper honeſta fugit pathycis ſtipata cynedis:
Huic tantum caupona placet: taliqꝫ diurni
Nocturniqꝫ ſimul: ſceleriſqꝫ inuentor iniqui
Ni fallor radix tantorum incepta malorum
Ventura non morte cadet: ceu quercus adulta
Diffundet vacuas ramalia longa per auras
¶ Iſta ſit opotius valida ſeu caeſa bipenni Lx.
Seu rapidis exuſta rogis: q̃ fronde nocenti
Letiferum germen radix infecta remittat
¶ Nunq̃ ſperatis commiſſa piacula paenis
Perditus iſte luet: genitus qui crimen ad ipſum
Ardet in omne ſcelus laudemqꝫ excrīe quaerit
Improba non vnq̃ capitis delicta nephandi
Impunita vigent ſequitur ſua paena nocentes
Seu velox ſeu tarda viros: Sed numine dextro
Seduſa proueniunt ſincerae numera vitae
Ieiunas paſcamus oues chriſtoqꝫ merēti
Soluamus tenui modulatas carīe grates

Finis.